



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 6. An conjuges tenentur sub mortali abstinere ab usu conjugii, dum  
mulier hactenus mortuos edidit filios?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

impossibile intendi nequeat, eo omisso secundarium finem intendere, præsertim si adsit aliqua necessitas.

*Q. 6. An conjuges tenentur sub mortali abstinere ab usu conjugii, dum mulier hætenus mortuos edidit filios?*

*Resp.* Afferit Sylvius, sed Sanchez, Sanbovius & alii negant; quia felicem partum sperare possunt, cum possit contingere & aliquando contingat, ut mulier post multos abortus feliciter tandem pariat. Quare tunc debent oratione crebra, eleemosynis, & aliis piis operibus benedictionem Dei efflagitare, & vitare omnem intemperantiam etiam in hoc usu, & alias culpas, quæ sæpè sunt causa abortus.

*Q. 7. Quandonam peccant conjuges in usu conjugii?*

*Not.* Certum est hunc esse licitum, si fiat cum debitis circumstantiis ad procreandam prolem, per quam Deus glorificetur; nam ob hunc finem Deus matrimonium instituit: vel etiam ad reddendum debitum, cum hæc redditio sit actus justitiæ.

*Resp. I.* Secluso quovis periculo, & aliâ inordinatione, est semper venialis culpa, si exerceatur ob solam voluptatem. *Est communis. Prob. I. ex S. August. l. I. de nupt. c. 15. Carnis concumbendo appetere voluptatem, sed non præter*